Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

taceas · iniuriam facere non nosse · & factum posse tollerare; non te in
ánia seducam consilia · s. magistre sēp inxpo confirma; non tibi ullos esti
mes, primiores parentes · quam qui tecū sunt tui in cellula frs; Si ad ne
cessaria querenda in cellula bini egrediantur uel terni frs · & ita sint illi qb;
credatur · non qui ebrietatē uel gulē sectantur · Ergo si de seto quis in mona
sterio conuerti uoluerit · regula ei introeunti legatur · & omis actio monaste
rii illi patefiat; Quod si omia apte susceperit · sic digne afrib; in cellula susci
piatur; Nam si aliquā in cellula uoluerit inferre substantiam · in mensa
ponatur coram omib; frib; uelut regula cóntinet · Quod si susceptū fuerit ·
non solum de substantia quā intulit · sed etiam nec de se ipso abilla iudica
bit hora; Nam si aliquid plus erogauerit pauperib; aut uenerit prius in
cellam aliqd intulit frib; · ipsi non est licitum ut aliquid in sua habeat po
testate · Quod si exquálibet causa scandali · post tertium diē inde exire
uoluerit · nihil penitus nisi uestē accipiat · Aut si casu transiterit · nul
lus heredum eius audére debet aliquid a monasterio de suo repétere;
Quod si impulsare uoluerit · regula ei introeunti legatur & confundatur
turpiter · discedat confusus · quia illi a quo répetit fuit recitata · Ergo
si exquálibet causa quis peccauerit frater · ab oratione suspendatur · & ieiunis
distringatur · Quod si coram omnib; frib; prostratus ueniam petierit · dimit
tatur illi; Nam si in sua uoluerit perseuerare nequitia & superbia · & dicat
ego durare non possum · sed accipiam cásulam meā & eam ubi . . . . uoluerit
ds · Si quis de frib; hoc cum loquente prius audierit · referat pposito · ppositi
abbati · abbas coram omnib; residet frib; cum exhibere precipiat · uirgis e
mendato oratio fiat · Et sic digne ad cōmunionē recipiatur · quia qui sana non
emendantur doctrina · uirgis purgantur · Quod si casu quis frater de cella ex
quali uestitu · & extra cōmunionē infidelis discedat; nam quieti & pacifici
excelsum diripiunt regnum · Et ut filii computentur altissimi · uel premio
sis & splendidas accipiant coronas · filii autē tenebrarum in exteriores ibunt
tenebras; Super quē requiescam dicit dns · nisi super humilē & quietum & tremen
tem uerba mea s · Ita hoc obseruandum est qd · iii · & vi · feria · qui infringunt
ieiunium · graue sibi penam adquirunt · Illud etiam addendum fuit · ut in
tra monasterium artificium non faciat ullus · nisi ille cuius fides probata
fuerit · qui adutilitatē monasterii faciat · siquid potuerit facere ·